

Ms M

Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

9 Fichier(s)

Les relations du document

Collection ** Hors collections **

Ce document a pour suite :

[Ms W](#)

Collection ** Hors collections **

[Ms V](#) a pour suite ce document

Présentation

Mentions légalesFiche : Laurent Capron (Centre Jean Pépin, UMR8230, CNRS-ENS-PSL) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
Contributeur(s)

- Capron, Laurent (édition scientifique)
- Cucciniello, Maria Laura (édition numérique)

Information générales

Langue

- Grec ancien
- Latin

Collationp. XVI-XXIV (9 pages)

Informations éditoriales

Contexte géographique[Biblioteca Nazionale Marciana](#) ([Venezia](#), Italie)

Description & Analyse

DescriptionPrésentation détaillée du manuscrit Venise, Marc. VI, 3 (= coll. 1347) [Diktyon 70509], de son histoire, de son contenu et de ses caractéristiques philologiques.

Pour des raisons d'affichage des caractères, les symboles musicaux ne sont pas retranscrits.

Informations Bibliographiques (eMSG)

Titre	Auteur	Date	Lien
Antiquae musicae auctores septem. Graece et Latine. Marcus Meibomius restituit ac notis explicavit.	Marcus Meibom	1652	Lien externe
Aristidis Quintiliani de musica libri III.: cum brevi annotatione...	Albert Jahn	1882	Lien externe
Anonymi Scriptio de musica. Bacchii Senioris Introductio artis musicae : E codicibus parisiensibus, neapolitanis, romano primum.	Friedrich Bellermann	1841	Lien externe
De musicis Graecis commentatio. Inest fragmentum ineditum ad Cl. Ptolemaei Harmonicam pertinens	Johannes Franz	1840	Lien externe
Ancient Greek music theory: a catalogue raisonné of manuscripts	Thomas J. Mathiesen	1988	Lien externe
Ἀριστοξένου ἀρμονικῶν τὰ σωζόμενα: Die Harmonischen Fragmente des Aristoxenus	Aristoxenus Tarentinus	1868	Lien externe
Grundzüge der Rhythmik : ein Bruchstück in berichtigter Urschrift, mit deutscher Uebersetzung und Erläuterungen, sowie mit der Vorrede und den Anmerkungen Morelli's	Aristoxenus Tarentinus	1840	Lien externe
Die Eisagoge des Bacchius, Erklärung	Carl von Jan	1891	Lien externe

Aristidis Oratio adversus
leptinem, Libanii Declamatio
pro Socrate, Aristoxeni
Rhythmicorum elementorum Jacopo
fragmenta. Ex bibliotheca Morelli
veneta D. Marci nunc
primum edit Jacobus
Morellius...

1785 [Lien externe](#)

Melik und Rhythmik des
klassischen Hellenenthums,
1. übersetzt und erläutert
durch R. Westphal.
Herausgegeben von F. Saran

Aristoxenus
Tarentinus

1883 [Lien externe](#)

Joannis Alberti Fabricii theol.
d. et prof. publ. Hamburg
Bibliotheca Graeca sive
notitia scriptorum veterum
Graecorum quorumcumque
monumenta integra aut
fragmenta edita exstant tum
plerorumque e MSS. ac
deperditis ab auctore
tertium recognita et plurimis Johann Albert
locis aucta. Editio quarta Fabricius 1793 [Lien externe](#)
variorum curis emendatior
atque auctior curante
Gottlieb Christophoro Harles
cons. aul. et P. P. O. in
univers. litter. erlang
accedunt B. I. A. Fabricii et
Christoph. Augusti
Heumanni supplementa
inedita

Notice créée par [Laurent Capron](#) Notice créée le 15/05/2023 Dernière modification
le 31/01/2025

v. habet $\ddot{\nu}$ ut animos advertat ad rem definitam. e τὸ
 (1) om. || γ ἐστὶ τὸ τοῦ μὲν. 2 κ τοῦ δὲ ἀ. | omittit figuram. |
 αἰσθῆσεως οἰκεῖα, τὰ δὲ λόγου. post διαφορὰς habet ἐστὶ,
 sed alīn manu supra inser. ἀπό, et in τῶν δι' αἰσθῆσεως
 νοητῶν item inser. τὸ . . νοητὸν. p. 39 in ὡς τε εἰ
 ras, forsitan erat τὸ. μήτε τὸν τῶν αὐτ. habet in textu.
 inser. τὴν. denique mōeo in p. 22 omitti figuram et
 omitti verba (x) ὅστε τὸ αγ γίνεσθαι δις διὰ πασῶν, unde
 appareat Wallisi codices Savilianos (A et B ille notat, ego
 80 et 81) ad hunc accedere proxime. Monacensis autem 215
 ut in Bacchio et Mesomede, ita in Ptolemaeo hoc exem-
 plar accuratissime repetit, concinunt iota tum subscripta
 tum omissa, accentus (ut μὴ δέ), signa $\ddot{\nu}$ quibus aut
 ostendit V definitiones (ut in lin. 1) aut spatia explet
 (ut p. 13, 7 Wall. min. post διόρκουσα). eorum autem quae
 correcta videmus in V, cum partem agnoscat Mon. (ut
 καὶ 8, 21 post φαινόμενον. τῶν δι' ὄντων pro τοῦ δι' οὐ
 9, 21), partem ignoret (ut quae minio inscripta sunt 13, 8
 ἢ μεγέθους ἢ πλάτους ὑπερόβητον), de correctionum diversa
 aetate certiores finus. — Cimitur post γνωμένων III 14.

De huius filiis et nepotibus quoniam multa contuli
 in Bacchi editionem Arg. 1890 p. 27—31 et in *Jahrbücher*
 I. I. aliaque infra demonstrabo ubi ad singulos libros venero,
 nunc satis habeo praemittere hanc stemmatis tabulam:

Venetus Marcianus appendicis VI 10.

Monac. 215.		x	
Par. 2532	Ber. 1555	Ma. VI 2	Neap. C 1
Langl. Hamb. Barb.	Par. 2458		Mut.
ciusdem sunt familiae Neap. III C 5. Par. 2460.			
n.	M. est Venetus Marcianus appendicis classis VI, n. 5.		
(2)	membranaceus, 4 ^o mai, S. XII. insunt: infol. 1—8 Pa. Euclidis isagoge, 9—17 Euclidis sectio, 17—66 Aristoxeni harmonica,		

67—91 Alypi isagoge,

M¹.

92—95 Aristoxeni elementa rhythmica.

(2)

His addidit alia manus S. XIV in marginibus:

f. 1—16 excerpta ex Aristidis lib. I,

17—34 Nicomachi harm. I et II,

35—43 Bacchii isagogae.

Denique tertia manus eius atramentum expalluit adscriptis (S. puto XV) ex Anonymis Bellermannii alterius doctrinæ (§ 29—66) partem § 29—57.

In huius fol. 16 eum manu vetustissima scriptum sit *Zώσιμος διώρθον ἐν Κωνσταντινουπόλει εὑρυχῶς*, fuerunt qui exaratum codicem putarent manu Zosimi.¹ at verbum διώρθον minime indicat exaratum esse librum, sed correctum et in meliore ordinem esse redactum. ut scholio quodam in cod. Vat. 176 post argumentum libri I ex Ptolemaei harmonicis adscripto Nicephorus Gregoras hos libros recensuisse dicitur (*διώρθώσατο*). sicuti autem Mare. 322, Ambr. E 19 inf., Bon. 2048 aliisque codices hoc a Zosimo subscriptum e vetere Marciano repetunt, ita facillime hic quoque repetere potuit e libro aliquo vetustiore.

Scriptae sunt in primo quaternione lineae 27—28, in reliquis 20. ac scripsit idem librarius firma manu litteras elegantes et ad legendum commendas, ut ubique servata sint verba, quid ille voluerit, nulla difficultate intellegatur. membranarum autem pars humore depravata est (unde rugis correpta videntur fol. 2, 6, 10, 11, 16)² et — quod multo gravius — vetus verborum contextus multarum manuum correctionibus mutatus et laceratus est. hi

¹ Fabricius bibl. Gr. III 636 Harl., Marquard Aristox. XII, Westphal in versione Germ. Aristox. (1883) p. XLVII, Joannes Franz de musici Graecorum commentatio Berol. 1840, p. 10. — mecum facit Morelli qui in Aristoxeni artis rhythmicae editione διώρθον vertit *emendabat*.

² In codicis fol. 1 ex Aristidis doctrina 16 nonnulla verba (*γέρε καθ' τ. τρόπον φθ.* p. 10, ss M) calamitate aliqua veluti aqua infusa perierunt.

in codicis vexatores cum nec cultro temperarent, nec aquis
 (2) cansticis abstinerent¹, veterum verarumque litterarum
 partem hanc exiguam perdiderunt. atramenta autem quia
 multis locis expalluerunt, aliis locis infuso fortasse liquore
 vel laesa membranae superficie in fuscum colorem et paene
 nigrum abierunt, e colorum discriminine certi aliquid raro
 elicetur², facilius contra demonstratur eiusdem coloris cor-
 rectiones profectas esse ab hominibus diversis.³ melius
 igitur rem expediri putaveris e manuum proprietate et
 scribendi genere, hoc tamen qui suscepit, is e Scylla
 incidisse se videt in charybdim. deprehenduntur quidem
 aliquot locis certi cuiusdam librarii vestigia. nam inter-
 dum acutissimo stilo tenues quaedam litterulae belle et
 nitide pictae videntur (ut ἐπεγῆς 151, 10. 157, 12 et δι-
 πλάστρος 164, 3, etiam τριπυτόνιον 187, 8). aliis locis
 litterae apparent ampliore stilo confectae, eadem autem
 elegantia pictae, qua princeps librarius usus erat, ut hanc
 sine sollertia illius formas ab hoc expressas esse dicas

¹ In fol. 11 (p. 152, 8) post οὐρανοῦ quae seqnebantur liquore
 aliquo deleta esse apparet recentiumque litterarum colorem
 inde factum esse fuscum et paene nigrum. similis apparent
 p. 191, ubi post διάσημα desunt fere duas lineae. p. 198, 17
 post διάσημα litterae extersae sunt. etiam in Nicomacho 252, 20
 vocis σελλαβάν ultima littera liquore aliquo deleta est et in
 Bacchio saepe proslambanomeni prius signum, quod initio
 erat Z, eadem ratione mutatum est. p. 295, 11 ante θύραν
 quattuor litterae ita consulto erasae sunt.

² In codice folio 12 (Eucl. 155) recentis diagrammati-
 pallidus color facile dignoscitur a nigris illis ς et λ, quas
 novissimus corrector inscripsit.

³ Expalluit enim color et eius qui Euclidis diagrammata
 correxit (M²) et eius qui lemmata addidit p. 186 et p. 206, 20
 μηδέποτε τῆς ἀναγνώσης et q. s. scripsit, non minus quam eius atramen-
 tum qui in Nicomacho 241, in τάξις panloque post καινοῦ inservit,
 item eius qui Anonymi praecepta in marginibus inscripsit
 contra eorum quae (cod. fol. 51²) in Aristoxeno p. 74, 12. Mq
 addita sunt, pars (in extremo marg.) nunc fulva videtur, pars
 (propinquus ad textum posita) nigra, et glossematis p. 190, 1 pars
 (ιναρχία) nigro est colore, pars (γίρος) flavo.

querarisque quod minus facile scripturne dignoscantur¹ (id n. quod iam Marquard questus est p. XIII et XIV). nec tamen (2) fieri potest, ut ad horum duorum manus omnia correcta revocentur, plures intercedunt scripturae nec idem librarius in formis semper sibi constat. immo prout spatia patabant, modo comprimebant illi litteras, modo diducebant, aliis locis deleto vetere textu paululum aut nihil addiderunt, ut nullius calligraphi proprium quidquam videas. Marquard quidem multis locis certam aliquam manum cognovisse sibi videbatur, sed collatis apographis iudicium improbatum est et convictum.² et quamquam sex ille manus dignoscebat, septima etiam forma uti oportebat M², saepiusque dubitare se confitetur, scripseritne M¹ an M³ vel alia manus.³ haec potissimum ut diiudicarem, ipse mihi codex videbatur adeundus; quem ubi inspexi et examinavi, in tanta ista manuum varietate de oculorum iudicio ipse quoque desperavi. sed eripit nos e calamitate id quod varia habemus exempla diversis temporibus ex M transscripta. hausit enim hinc circa annum 1300 Euclidis qui feruntur libri, Aristoxenum etiam et Alypium cod. Vat. 191 (a fol. 292). qui cum Marciani verba fidelissime repeat, habemus eorum, quae saeculo XIII in illo fuerint testem locupletissimum. atque alii codices cum saeculo XV hinc transcripti videantur, etiam quae posterioribus saeculis condicio fuerit, clare videre possumus. quae cum ita essent, manum ego et scriptionum dubiam et fallacem

¹ Litterarum α η ν τ (= 7) eadem ille forma utitur ac qui primus scripsit. Pag. 152, 5 hic addidit μέσοι ὄττε, 181, 4 και δέσμης et q. seq. 184 supplevit sonos omissos. 196, 6 habet έγει. 17 δι. 198, 9 έπι. 22 πέμπτον.

² Μήρ οὖν ἵστη 181, 4 et βαρύτης δι τὸ δ. κ. ad secundum (veterem) calligraphum Marquard referebat, sed absunt a Vat. item complura p. 184, 185, 186 al. τετραγύρων autem 187, 17 primo librario tribuebat. κ illa et λ in Eucl. prot. 6 suppletas putabat a 2, sunt recentes.

³ Signa interrogationis possunt Mq. ad var. lect. 156, 25 ss. 184, 1. 186, 3. 188, 6 al.

M. auctoritatem omisi atque ad apographorum certius testi-
(2) monium confugi.

Variis autem aetatibus de Marciano haec facta esse
mihi persuasi.

N. Primus quidem librarius pancissima ipse emendavit.¹
res tamen cum admisisset ab auctorum ingenio alienas
(ut p. 177, 190), partem harum alias postea librarius
expunxit, veluti scholium illud ad Euclidem 155, 1 ad-
scriptum pro figuris autem veteribus in ipso Marciani
archetypo pessime pietis² ex alio puto codice³ alter libra-
rius petivit eas, quae pallidae nunc et flavae in M viden-
tur.⁴ et lemmata, quae pallidissimo colore scripta apparent
ad isagogen 186, scholium etiam quod p. 197 notavi
eadem fortasse manu addita sunt. aliis autem librariis,
cuius atramentum etiamnunc cernitur nigrum⁵, accentus
vocabuli ιπάρον mutavit in ιπάτον. miram enim tonorum
varietatem quae in Vat. legentium oculos offendit, inde
natam esse elucet, quod otiosus iste Marciani vexator
paroxytona mutavit in perispomena.⁶ quod autem nihil
gravius hic intrusit, ante Vaticani apographi tempora
varias correctorum manus dignoscere non oportuit, satis-
que habui notare M⁷.

1 Huc revoco illud q in χρόνῳ 186, 18, τὸ 199, 9, ὥχρι
οὐραὶ 203, 9, μέλος 205, 2. revocari huc potest et τόνῳ 187, 16
simile aliquid statuit Marquard XIII.

2 Hoc inde concluso, quod diagrammata ab initio picta
ut vides p. 151 et 153, e postea abierunt in iō 17. quod in
ipso M factum vides 152, 7; fuit et 152, 1.

3 Nam qui suo ingenio diagrammata restituit, is accur-
tius linearum longitudines emensus delineat.

4 Vide p. 150 de diagrammati: „novas adscripsit figuras
M⁸ mg.” et q. seq.

5 Hic ex τῷ 165, 10 fecisse videtur τῷ. cf. 187, 18, 192, 5.
205, 11.

6 Aliorum etiam vocabulorum toni (λίγαρος, ἵστη) fortasse
prisca illa aetate mutati sunt. quod autem de hac re misere
librarii certabant, tertius veteres accentus restituens multum
que eiusmodi etiam post margines occupatos peccabatur, nunc
qui fuerit primus et verus accentus raro explanari potest. Nat-
que quidem λίγαρος scribit et λίστη.

Ne XIV quidem saeculo in veteribus codicis partibus multa correcta vel mutata sunt, immo cum in marginibus novae doctrinae inscriberentur¹, vacua plerumque haec spatio erant nec scholiis vel additamentis impedita, quamquam in fol. 33^v cum Nicomachi exc. 7 inscriberetur recessit aliquanto librarius, quod ad Aristoxeni princ. 55 (p. 25 Mb.) iam adscripta erant quae legis apud Marquardum p. 134. haec autem ante Vat. apographum scripta sunt, atque in fol. 5 cum illud τὸ δὲ συνημένον 194, 16 (quod usque ad μέζου abest a Vat.) tenui aliqua litterarum forma inscriptum marginis partem occupasset, is qui Aristidis artem excerptebat in angustiore parte se continuuit, quamvis autem multa correctores adderent in Pseudo-Euclidis isagogen, marginum spatio nunquam usi sunt, quod occupatum invenerunt praeceptis Aristidis.

Nam saeculo XIV homo ille venit membranarum parcissimus, qui trium auctorum doctrinas musicas in codicis marginibus inscripsit, cum laud eleganter ille scripserit nec aequaliter compendiisque multis usus sit, partes ab eo scriptae non facile leguntur.

Hunc saeculo XV secuti sunt ii, qui veteres textus delerent novaque multa intruderent, nonnulla quidem hi addiderunt quae facile quis suo ingenio inveniat, ut partium ordinem mutant in isagoges initio, sonos omissos supplant (p. 182 ss.), aut sonos diatonos ex oxytycenis expungunt (186)², exemplorum numerum augent (187); tamen quod quae addunt optime quadrant cum aliis codicibus, hinc illos petivisse credendum est.³

1 In iis quae ex Aristide excerpta sunt attende legi εἰπειρ pro ἡγορ p. 7, II M (4, 26 J.)

2 Attende 187, 15 διάτονος οὐ πετίχει πυκνοῦ. Simile est iudicium illius, qui in Bacch. § 25 pyxum in genere diatono admitti negat. commodius autem fuit artis magistris transferre pyxum nomen etiam in genus diatonom, atque extiterunt hui soni in veteri isagoges textu, cf. Bacch. 20. 33. (JA* 5.)

3 Illa ip. et 152, * post πετίχει e sua mente nemo adiunxit; 190, * quae intrusa sunt convenient cum Bryennio, et 191, * cum

M². Quod autem M² notavi quaecunque repetuntur in
 (2) Neap. III C 2, erunt fortasse qui reprehendant. quamvis
 enim similis hic sit et propinquus Marciano, subest que-
 dam originis dubitatio; ac melius fortasse fuit praeter
 unam correctionem p. 194, 16 in priora tempora referen-
 dam res a V alienas signare M². sed Neapolitanum
 esse Marciani filium ratus cum omnia cum N concinuentia
 redire vidisem in Rhosi codicibus (U et filiis), in conser-
 benda varia lectione dignovi, quae priora et quae posteriora
 viderentur. nec puto malum est, quod quidquid correctio-
 num in M quadrat ad N breviter indicatur M². scripta
 autem est harum maior pars acuto illo stilo quem
 supra dixi.

M³. Quarto autem numero signavi quidquid non in N, sed
 in U et Lips. et Mon. 104 invenitur; de cuius familiae
 necessitudine infra disputabo. Euclidis enim sectionem
 Nicomachum Alypium cum ex M Bessario transcribendos
 curasset in U essentque in hoc codice omnia quae seri-
 pseram M³, haec quorum maior pars scripta est eodem fere
 modo ac codicis verba vetustissima (v. supra p. XVIII) paulo
 antequam Bessario et Rhosus legerent inscripta esse statui.
 concludere autem satis multa potes et ex iis quae in U
 non leguntur. ut in rasura p. 152, 1 olim M habuisse
 numeros Σ τριδιά videmus ex Vat. (v. ad 151, 3). cum
 vero absint ex U, erasa esse appareat, antequam Rhosus
 transcriberet. alia, quae nunc exstant in M et absunt
 ex U, notavi M³. atque illa aetate (saeculi XV parte
 priora vel media, antequam Rhosus accederet) plures libra-
 rios hoc M mutando occupatos fuisse existimo. correctas
 enim a pluribus video non Euclidis tantum, sed Nico-
 machi etiam et Bacchii doctrinas. in Nicomacho prae-
 cipue diversos esse correctionum colores variasque littera-
 rum formas appareret; nam et sunt loci livido aliquo colore

codicibus Pappi (B). recte igitur Marquard XIII ex aliis libris
 illa addita ait.

et formis tenuioribus correcti¹, et sunt nigro atramento M⁴. fortioreque manus ductu mutati, ut ad principis librarii (2) manum appropinquent.² sicuti autem certaverant illi antequam Vat. conficeretur de vocum (encliticarum potissimum) vero accentu, ita pugnant saec. XV. iam quod codicem U Bessario praedicavit ut optimum et rarissimum, haud absurde nonnulli suspicabantur multas illas correctiones (M⁴) ab ipso hoc viro clarissimo inscriptas esse. hoc ego comparata huins scriptura in cod. Marc. 319 manifesta, negandum esse vidi. ubi autem U non satis accurate excussus erat, Lipsiensem substitui, quem plurimis in rebus cum prima Ueneti manu concinere videram. quarta autem illa manus cum Cleonidis etiam isagogen quam et Pappo tribuant ad similis libri fidem atque Euclidem correxerit, unde venerant eadem lectiones in Venetum, saepissime et in hoc libello conspirare vides Uen. vel Lips. cum M⁴.

Pauca, quae a Rhosi codice aliena esse vidi³, signavi M⁵ m. ad haec autem posteriora tempora referenda mihi videatur pars etiam eorum quae Marquard oriri putabat a M⁴. est enim ubi integra membrana verba non ita corrificantur ut deleta vetere scriptura nova addantur, sed ut quae aderant nigro quadam atramento restituantur et confirmantur. exempla sunt permulta iam in primo codicis folio (*γκει* 180, 3, *σύστ.* 4, *μέρ* 13, *ἐπ.* 18). haec autem non antiqua netate restituta esse puto, sed recenti potius,

¹ P. 237, 16 ἐκουδῆν, 241, 3 τάχει et καὶ, 243, 11 (ῦδοαν)κα, 244, 3 γάρ, 252, 6 τὴν. cf. in Bacchio 304 ὅτε δὲ ἐπιτεινούσιν, et in Aristide fol. 2^r (p. 10, 19 M) πόσις τὴν ὑπάρχην τῷν ὑπαρκοῖν.

² P. 213, 23 (τέκτ)ονασαι et 246 (διεγωρ)λον, ubi de M⁴ cogitavit Marquard. cf. quae in Bacchio adduntur p. 295. 299 al. novisse correctorem tonum lydium, ignorasse autem synnemmenon systema elucet e Bacchio 295.

³ Pag. 161, 10 ἔρεξῆς, 164, 1 τὴν, ε γάρ. cum tamen simile glossema 151 ἔρεξῆς 157, 12 ante Rhosi tempora inscriptum esset, haud scio an illud ἔρεξῆς 151 in ms. adscriptum calligraphi oculos fugerit sitque pariter antiquum. ex Nicom. 240, 24 huic revocanda vox φωνῆς et 249, 11 συνηφερία.

ii. cum aqua infusa aut senio litterae palluissent. ubi enim
 (2) macula aliqua inspersa color membranae fuscus factus est,
 ibi nigerrimae eiusmodi litterae legenti occurunt. a veteri-
 bus autem formis cum illa non differre manifestum esset,
 lectionum apparatum minutis istis non impedivi.

Postremo Anonymi praecepta in margine inscripta nec
 a quoquam correcta sunt.

v. V et W est Vaticanus 191. bombyc. fol. S. (XIII
 (3) aut) XIV. post mathematicorum aliorumque scripta continet

Gaudenti isagogen f. 287,
 Euclidem (s. Cleonidem) f. 292,
 Euclidis canonem f. 295,
 Aristoxeni harm. f. 297,
 Alypi tabulas f. 309,
 Aristoxeni rhythm. f. 314,
 Ptolemaei harm. f. 320,
 Diophanti arithmeticā f. 361,
 " de polygonis num. lib. f. 393,
 Euclidis (Cleon.) isagogen f. 397,
 " sectionem canonis,
 nomina eorum qui leges XII tabb. tulerunt,
 de origine Constantinopolis.

De Gaudentio v. pag. seq. Aristoxenum autem huius codicis fluxisse e Marciiano VI 3 iam Marquard demonstravit in Ar. p. XV—XXIII, nec aliter indicabit quicunque ex iis comparaverit isagogen quam vindicamus Cleonidi. idem enim ibi est partium ordo p. 179, 6, concinit τε l. 3 et 5, om. ιστιν l. 4, habent πολαρ τάξιν ἐγόρτων συντίμενον 5, περι τόνον 8, concinit ἀριθμός 180, 15, τιθεῖσα 19, τὰς δὲ μεταβάσεις . . . διαστήματα 20, οὐσίης δὲ 181, 4 om. βαρύτης δὲ τὸ δι' ἀντονος, habent τετασθαι 6, καθαπτών 8, om. δὲ 182, 4, om. eosdem sonos 184, 15 et 185, 8, enumerant diatones 186, 22. nec minus conspirant in Euclidis sectione, immo, quos posuit M protaseon numeros et asteriscos, ii redenunt in V. et diagrammatum quidem elegit V ea, quae altera manus pinxerat in M; haec summa diligentia transscribens omisit ubi agnoverat diagram-